

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 1, k. 8va–9ra

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 48 [Gn. 46]

[48] Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore vite sue, et inducit eam in possessionem, et si discedit ab hac luce sine prole, si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem viri, nichil in eis [k. 8vb] poterit obtinere, si mulier protestare potuerit, quod sibi datum fuerit. Sin autem edificia et apparatus viri proprium fuerit, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito vel coram iudice et scabinis fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito, vel coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat. Sin autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia aut bona mobilia habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoriis paterna successione, hoc sue uxori dare non poterit, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Sin autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus ac prospera fortuna accreuerunt [k. 9ra] cum sua uxore, $\vdash$ potest^a $\dashv$ que potest dare in valitudine vite sue cuicunque $\vdash$ placebit^a $\dashv$ placet sine contradiccione.

^a skreślone ręką autora podstawy

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]